UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus, Austrasius

Serarius, Nikolaus

Mogvntiæ

Cap. XXXVIII. Hospitale domicilium erigit, in eoque pauperibus famulatur Godefridus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37252

Visual Library

hoc honoris vocabulum vehementer expauendo refugit, fratribuſque dixit: *Per charitatem Chriſti vos obteſtor dilectiſsimi, ne me ſeruum omnium veſtrũ deinceps vnquam tali vocabulo contriſtetis.* Sub hoc enim nomine me in multis exceſsiſſe profiteor: meos quoque ſub huius auctoritate nominis plurimum deliquiſſe, dolens & gemens recognoſco. Sed minimum eſt hoc humilitatis indicium, cum aliquando etiam, quod ad confutandam ſuperbiam noſtram ſilere non poſſum, ſe *cloacarium* domus noſtræ humillima ſeu extrema ſeruitute deiectus exhibuit.

De pia miniſteriorum humilitate S. Ephrem paranes. 2. tom. S. Bonau. ad nom. e inſt. Fran. Sexem la Galicani, Pamma hij, Fabiolæ apud S. Hieron. & alios.

CAP. XXXVIII.

Hoſpitale domicilium erigit, in eoque pauperibus famulatur Godefridus.

PORRO charitatis & eleemoſynæ tantus amor eum deuinxerat, vt ipſe domum hoſpitalem, quæ hodie cerni-

cernitur, per ſe conſtrueret, per ſe quoque inibi pauperum pedes, dominicæ i...ſtitutionis miniſter & cuſtos, frequenter ablueret, ac nummos diſtribuẽdo ſingulis miſericordiæ opus impenderet paternum circa eos affectum gerens per omnia, ita vt cum beato Iob veraciter loqueretur affectu: *Pater eram pauperum, & cor viduæ conſolatus ſum. Item: Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia mecum creuit miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum. Diſperſit enim omnia & dedit pauperibus, vt iuſtitia eius maneat in ſæculum ſæculi, & cornu eius exaltetur in gloria.* Ioan.13 Iob.29. ib 31. Pſal.111.

CAP. XXXIX.

Eius erga inimicos charitas.

EVangelici etiam præcepti non ſegnis imitator, inimicos miræ innocentiæ puritate diligebat, omneſq; obtrectatorũ iniurias fortiſ- Mat.5.

ſimus